



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xv. De sacramentis non iterandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De sacramentis non iterandis. 21

mùm in pectore, dein inter scapulas oleo benedicto: bis post baptismum sacro chrismate, primùm in vertice, dein in frōte inunguntor. Fron tis chrismatio, manus impositio, confirmatio dicitur. Cæteras vñctiones simplici præsbytero vel sacerdoti exhibere liceto. hanc non nisi sum mus sacerdos id est episcopus conferto. Altare, cum consecrabitur, templum, cum dedicabitur, calix, cum benedicetur inunguntor. In ordinan dis presbyteris, & consecrandis episcopis omneis eum, quem sedes apostolica seruat, morem episcopi tenento.

*De sacramentis non iterandis. Tit. 15.*

Presbyter & diaconus, cum ordinabuntur, 3. *Presby-*  
manus impositionem tactu corporali, ritu ab ter.  
apostolis introducto recipiunto. si obmissum  
erit: ne iterator, at statuto ad huiusmodi ordi-  
nes conferundos tempore quod per errorem  
prætermissum est cautè subpletor. Cum oratio  
super caput effundetur ordinandi, suspensionē  
manuum qui adstabunt clerici faciunto.

Nec, si sine impositione manum ad hypo- 1. *Paſto-*  
diaconatus ordinem adsumptus quis erit, nec, si ralis.  
cum confirmaretur clericus oleo nō chrismate  
per errorē delinitus erit, aliquid iterator. quod  
incautè prætermissum erit, cautè subpletor.

Neque, si quis à schismaticis sepultus erit, 2. *Anno-*  
exhumator, nec sacerdotalia indumenta, in  
quibus exauthorati presbyteri celebrassint, ite-  
rum benedicuntor, nec altaria consecrantor.